

illa apprehensione cōsensu voluntatis determinetur ad certam, & singulare personā. Si enim adhuc vaga, & confusa maneret apprehensio, est error qualitatis, vt si quisquam se simulat filium regis Franciæ, qui vel multos habet filios, vel vnicū habeat, latet contrahentē, nū vnū, an plures habeat, est qualitatis error, secus si diceret se esse primogenitū, aut secūdō genitum, vel vnicū regis filium: tunc enim esset error personæ. Quōd in priori casu, cū certa, ac indiuidua persona nō denotetur, sed qualitas illa in multis reperiri possit, perinde est, ac si persona indiuidua minimē indicaretur. Cū illa nota nō sit circūscriptio expressa æquivalens indiuiduæ personæ. Atq; ita locū habet prior regula tradens esse tūc qualitatis errorē. In posteriori autē, describit omnino certa, & indiuidua persona, atq; proinde procedit posterior regula docēs esse personæ errorē. Sed displicet, quia cū determinetur pater, nō est singulare omnino vagū: iuxta ea quæ dicam nu. 35. sine, & sic est error personæ, si non sita illius supponatur.

32 Tertio réperatur, vt intelligatur regula, quādo ea verba, sum filius talis regis, vsurpantur substantiue: nimirū, vt eū sensum efficiat, sum ille qui est filius talis regis. Tūc enim si talis nō sit, errabitur in persona: secus si sumatur adiectiue, vt is sit sēsus, sum generatus à rege: erit quippe error qualitatis. Sic Archid. Bellemera, Henric. Monal. n. 2. allegat. Brunel. de sponsal. conclus. 32. n. 2. Sed hæc limitatio displicet. Tū, quōd metaphisica valde sit, & vix rei morali deservire possit: numquā enim quantūvis re hæc discussa costare poterit, vtro in se fuerit illa prolata, atq; accepta sint. Tū etiam, quia adiectiue quoq; sumpta, certā, & indiuiduam personam indicant, & eundē prorsus sensum habent, ac substantiue prolata, vt sum primō generatus à rege, aut primus regis filius. Erit igitur in vtroq; casu error personæ per illam qualitatem designatā.

33 Quāto réperatur, nisi cōtrahēs quo cūq; errore affectus consentiret verē in personā sibi præsentē, quæ cūq; illa sit. Quia tūc nullo errore ducitur ad consentiendū: cū mēs eius sit cōtrahere cū persona coram astanti, quæcumq; illa sit. Ita Nauarrus summa c. 22. n. 32. Petrus de Ledema de matr. q. 5. ar. 2. dubio 3. notabili vltimo, ante solutionem argumentorum.

34 Vltimo réperatur, nisi persona cū qua matrimonium iñitur, & qualitate illa erronea designatur, esset ante illius qualitatis noti-

tiam cognita alteri contrahenti: tunc enim quæcumq; qualitate indiuidua designetur, est error solius qualitatis, & valet matrimonium, vt si Maria optimē noirit Petrū cū nubit, falsō tamē existimet esse primogenitū regis hispani, in sola qualitate errat, & matrimonium tenebit. Ratio est, quia cū persona ante illius qualitatis notitiā sit alteri cōtrahenti nota, qualitas recēs cognita nō trahit illū ad personæ notitiā, sed ad solius qualitatis nouū cōceptū: ac proinde error circa solā qualitatem accidet, manēt vera personæ notitia, in quā cōsensus cōiugalīs fertur. Fa uet Ricardus, Rainerius. D. Antonin⁹, Alexad. Carrer. n. 25. allegati, asserit enim tūc esse errorē qualitatis, seu circa subiecti nobilitatē, quādo consensus est in personā cōtrahenti notā, quōd eā nobilem credat. Et ferē expresse tenet Verac. 1. p. specul. ar. 28. sine, vbi ait esse qualitatis errorē, si Maria nubat Ioanni quē optimē noirit, existimās eū esse primogenitū talis comitis, cū non sit. Consulto dixi, quādo contrahens personā optimē noirit: quia non sufficeret ex fama, vel auditu notitiā habita: nō enim sic cognitus cognosci verē dicitur: ac proinde qualitas adiuncta, certā & indiuiduā personam denotans, in verā personæ cognitionē duceret, atque error circa illam, esset circa personā. Atq; ita Veracruz eisdē prorsus verbis vtitur. Prudens quoq; dixi, si ante qualitatis notitiā sit cognita contrahenti. Si enim à principio cognitionis esset error in qualitate certā, & indiuiduā personā designanti, isq; error adhuc permaneret, esset error in persona matrimonium irritās. Quōd reuera consensus directē, & formaliter tendat in præsentem, quatenus est illa persona quam ab initio intellectus apprehēdit. Notitia enim illa circa personam denotans, dirigit cōsensum, eadem prorsus tempore contracti matrimonij perseverat.

35 Ex dictis deducitur primō, quid dicēdū sit in ea conscientia questione, quā suo tempore discussam fuisse in casu tunc contingenti, refert Tabiena verb. impedimentū, impedi. 1. q. 4. nu. 5. Quiddā enim duas filias habens, iuueni pulchritudine minoris capto; eā sibi in matrimonium collocari possulāti denegauit, offerēs primogenitā: iuuenis petijt eā ostendi cui dā amico, à quo de illius pulchritudine certior fieri volebat: pater dolose filiā minorē ostendit amico, & primogenita deformis esset: iuuenis ergo bene instructus de femine pulchritudine, eoq; errore ductus contraxit eā primoge-

nita, existimans esse eā quæ amico exhibita fuerat: dubitatū fuit, nū solus qualitatis error esset, ac proinde valeret matrimonium? Tabiena ibi dicit se fuisse in ea sententiā, vt qualitatis error esset; quōd non posset cōsensus dirigi in secūdō genitam, ea quippe denegata fuerat illi: & sola primogenita cōcessa: quare verē direxit cōsensum in primogenitā sibi oblata: & solum fuit error circa eius pulchritudinē. Et optimē in hoc sensit Tabiena. At si secūdō genita minimē esset sibi denegata, ait casum esse dubiū, & videri errorē personæ. Sed sic distinguendū existimo: aut enim oblata est alicui ad matrimonium eū eaineundū, filia, verbi gratia, Petri, speciali aliqua nota designata, vt nomine proprio, vel primogenita, aut secūdō genita: & tūc quantum volenti pulchritudine per se, aut per tertiā personam inspicere, ostendatur femina pulchrior, & ipse eo errore circūuentus ducat feminam prius sibi oblata, nō est error personæ, sed solius qualitatis. Quōd apprehensio prioris feminae sibi oblatae permaneat, ac ducat cōsensum in illā, quare non errat in persona quā ipse existimat, sed in illius pulchritudine. Si tamē nulla nota singulari filia illa designata esset, sed genericē quædā Petri filia oblata esset, & ostensa esset alia, esset vtiq; error personæ. Quia apprehensio alterius cōtrahētis nō erat ad singularem personā determinatā: determinatur autē per inspectio nē propriā, vel tertiæ personæ, ad mulierē ostētam, quare si alia supponatur, erit error personæ: si alia (inquā) eiusdē Petri filia: secus si alterius filia ostendatur, tūc enim ea pulchritudine femine ostētae deceptus, ducēs filiā Petri, nō errabit in persona, sed in qualitate pulchritudinis. Quia licet inter filias eiusdem Petri nō esset apprehensio

determinata, atq; ita determinatur ad filiā ostētam: verū respectu aliarū quæ eiusdē Petri filie nō sunt, determinata erat, atq; ita per inspectionē nequaquā dirahitur ad eā quæ Petri filia non sit volendū in coniugē, sed in eadē voluntate ducendā filia Petri persisterit. Ipsum ergo ducens nō errat in persona, sed in personæ pulchritudine.

36 Secūdō deducitur, nō esse errorē personæ, si quis mentiatur dicens se esse vnicū regis talis, vt Præcia, si reuera eius filius sit, ac habeat alios filios. Quia cū non erretur in filiatione, nō erratur in persona, sed in sola illa qualitate, seu potius negatione aliorū filiorum. Secus vbi quis dicit se esse primogenitum regis talis, cū sit secūdō genitus. Quia nota indicat prescriptū filiū.

37 Tertio deducitur, nō vitari matrimonium ex solo nominis errore, si de corpore constet. Id aperte probat. l. in venditionibus. g. ff. de contra. empt. ibi. *Planē si in nomine desensimus, verū de corpore constet: nulla dubitatio est quin valeat emptio, & vditio Nil enim facit error nominis, cum de corpore constat.* Et ita docent Anton. c. tua. nu. 14. de sponsal. Maioris. 4. d. 30. q. 1. notabili vltimo ante. 1. conclus. l. de sma. 2. p. 4. q. 53. ar. 1. dubio 4. Cacta repetitione, eadē limina. 30. q. 1. §. 4. nu. 324. Lancelotus instituta iuris canonici, lib. 2. tit. de nuptijs, ad finem.

38 Tandem in summam redigendo quæ à nu. 26. dicta sunt, ad explicandum, quando error circa qualitatem redundet in errorē personæ matrimonium dirimentem: dico breuiter tunc id accidere, quando erratur: circa qualitatem quæ certam personam designat, quæ contrahenti prius nota non erat absq; illa qualitate: nec constat mētem contrahentis fuisse in personam sibi presentem, quæcumq; illa sit, consentire.

DISPUTATIO DECIMANONA.

An error conditionis seruilis dirimat matrimonium: & quo iure?

SYMMARIVM.

39 **Q**uodplex sit seruus: & quid sit ascripticius, vel originarius. nu. 1.
 40 **Q**uod matrimonium liberi cum ancilla, vel libera cum seruo, ignorata conditione seruilis esse nullum. nu. 2.
 41 **Q**uid si pro tempore determinato concedatur libertas, an eo tempore matrimonium contractum eū ignorantia seruitutis, valeat. Et an libertas possit ad tempus concedi. nu. 3.

42 **Q**uid de ignorantia statū liberi, nempe, eius cui concessa est libertas post certum tempus cōparanda. nu. 4.
 43 **Q**uid, si error conditionis sit concomitans: quia liber conscius seruitutis ancillā ducere: Et an ita sit nullum matrimonium, vt si liber velit in illo persistere, non sit cogendus seruus: Et an ratificetur per copulam habitā à libero ignoro manūmissionis postea factæ: vel per copulam post seruitutem cognitā. Et

an sit pendens circa coniugis seruitutem, possit, an teneatur liber reddere debitum? Remissio, nu. 6.

Quid, si decennium transactum sit post matrimonium liberi cum ancilla, & eo tempore ancilla se tanquam liberam gesserit? nu. 6.

An desideretur auctoritas Ecclesie separantis matrimonium cum seruitutis errore? nu. 7.

An coniugi libero incumbat probatio ignorata seruitutis? nu. 8.

An error seruitutis ascriptitiae, vel originaria dirimat matrimonium? nu. 9.

Quid de errore libertina conditionis? nu. 10.

Quotuplex questio disputatur, nu. 11.

Proponuntur rationes suadentes seruitutem iure naturali impedire matrimonium, quantumvis cognita sit, nu. 12.

Potest esse matrimonium inter seruos, vel cum liberis, cognita seruitute, & soluntur rationes contrariae, nu. 13.

An liber sciens ducens ancillam peccet, vel seruus ducens liberam conditionis ignoram? Et an liber ducens ancillam sit irregularis, nu. 14.

An error conditionis seruilis dirimat iure naturali matrimonium? Refertur quadam sententia, nu. 15.

Contraria Auctoritas, nu. 16.

Valet matrimonium inter infideles cum errore conditionis seruilis, nu. 17.

Satisfit argumentis, nu. 18.

An ignorantia conditionis seruilis sit lenissima, & valde crafa? Irritetur matrimonium? Refertur quedam sententia, nu. 19.

Contraria Auctoritas, nu. 20.

Soluntur argumenta, nu. 21.

An error conditionis parisi, aut dignioris dirimat matrimonium? Refertur duplex sententia, nu. 22.

Sententia Auctoritatis, nu. 23.

Satisfit argumentis, nu. 24.

S Vm quadruplex sit error: & disputatione procedenti disertum sit de errore personae, qualitatis, & fortunae: si de errore conditionis seruilis, in praesenti agendum superest. Et praemittendum est, seruos esse in triplici differentia. Quidam sunt vere serui, qui ita sunt dominum, vt eos vendi dare possit. Alij sunt ascriptitij, nimirum, qui glebae, seu praedio colendi sunt perpetuo ad dicti, inde nunquam recessuri, dominisq; praedictorum annuos redditus omnes, praeter sumptus & victus reddunt, vt bene docet Abbas. c. 2. de iudicis n. vnic. notabili. 1. Originarij autem (vt notat idem Abbas ibi) sunt orti ex his ascriptitij. Sicut tamen omnes hi ascriptitij, & originarij vere liberi, quantum ad certas operas teneantur,

vt bene docet gloss. eo. c. 2. verb. sint liberi, & ibi Abbas. n. vni. versate nota. Quod clarè is textus significat, dum interdicit iudejs macipia Christiana possidere, concedit autem seruos ascriptitios, vel originarios. Aduerte autem cum Velasco de iure Emphyt. q. 37. n. 9. & sequenti, eos qui se obligauerunt ad seruitutem personalia, non appellari ascriptitios, sunt enim ascriptitij partes fundi, & coputantur intra immobilia, vt habetur. l. iubemus nulli. 14. in principio. C. de sacros. Eccles. iuncta glossa ibi verb. mancipia, at alij non, sed sola personali obligatione tenentur.

In hac ergo disputatione, quaedam sunt conclusiones omnino certae, aut ferè certae, quae praemittendae sunt, vt inde ad obliquiora disputanda gradum faciamus. Prima conclusio apud omnes certissima est. Error conditionis seruilis, quod liber contrahit cum ancilla, vel libera cum seruo, reddit irritum matrimonium. Conclusio haec est definita. c. 2. & 3. & final. de coniugio serui. & c. si quis ingenuus. 29. q. 2. quod est ex cõtilio apud Vermeria. c. 6. & cõcordant auct. ad hoc c. de latina libertate, & l. 1. tit. 2. p. 4. & l. 1. tit. 5. eadem p. Ratione autem cur hoc impedimentum dirimens inductum sit, tradunt D. Thom. 4. d. 36. q. vni. ar. 1. corpore, & ad 1. & ibi. D. Bonau. ar. 1. q. 2. Duran. q. 1. n. 6. Ricar. ar. 1. q. 1. & omnes, quod is error valde bonis matrimonij aduersetur: bono sacramenti, & indiuiduae cohabitationi: cum seruus debeat in domo domini habitare, ab eoq; possit mitteri in partes remotas, ibi vendendus: bono fidei, quia non potest ad libitum reddere debitum, sed cum ei vacauerit, satisfecerit; obsequijs in quibus à domino occupatur: bono proli, quia nequit ab alere: cum omnia domino acquirat: nec erit in parentis potestate vt religiose educetur.

Immo quantumvis seruitus ignorata non sit perpetua, sed pro certo tempore cõcedatur seruo libertas, vt biennij spatium, vt eo transacto in pristina redigatur seruitute, dirimat matrimonium eo medio libertatis tempore contractum. Quod et vera manet ille seruilis conditionis, & quidquid interim agit, agit vt seruus: atque ita non potest ad ordines promoueri, nec domicilium mutare, nec potest liberè tradere potestati sui corporis. Sic Supplementum Gabriel. 4. d. 3. q. 1. art. 3. dubio. 2. Sot. 4. d. 35. q. vni. ar. 2. cõf. 4. vers. adhuc. Ledesma. 2. p. 4. q. 74. ar. 1. ad fin. Manuel. 1. tomo summae. 2. edition. c. 223. nu. 3. Vega. 2. tomo summae. cap. 34. casu. 67. §. nota

que

quaque. Et posset aliquis existimare idem sentire Angelum matrimonium, impedimento. 4. num. 6. & Syluestrum matrimonium. 8. q. 2. d. c. 3. dicunt enim, liberi matrimonium cõ ancilla, cui data est libertas in tempus, minime valere, ignorata per liberum ea conditione seruitutis, quia eo medio tempore seruus est, per l. statu liberum. ff. de statulib. at id neuter sentit. Quia eo medio tempore seruus est, per l. statuliberum. ff. de statulib. at id neuter sentit. Quia loquuntur de seruo statu libero, de quo lex illa loquitur: qui est ille cui in tempore concessa est libertas. l. 1. ff. eodem tit. vbi glossa in casus positione explicat, id est, cui libertas concessa est ex certo die: & ideo, d. l. statu liberum, dixit medio eo tempore illum seruum esse: itaque non loquitur Angelus & Syluester de seruo cui pro tempore determinato concessa est libertas, vt post illud ad pristinum redeat seruitute: sed de seruo statu libero, cui, nimirum, concessa est libertas perpetua, non ex tunc, sed ex certo die comparanda, vt abhinc vno anno. De quo casu agam num. sequenti. Sed verè opinati sunt praedicti Doctores, si libertas pro tempore determinato concedi valide possit. Quoniam reuera simpliciter esse ille seruus, cum eo tempore concessa libertatis transacto, ad seruitutem reduci debeat. Verum fundamentum corrumpit: quod libertas concedi nequeat pro tempore determinato, sed femel pro quocunque tempore concessa, sit perpetua, vt expressè habetur. l. libertas. 31. (aliàs est. 32.) iuncta. l. ideo. 34. (aliàs est immediatè sequens). ff. de manumissis testam. ibi: Libertas ad tempus dari non potest, ideoque si sit ascriptum fuerit. Sic usque ad annos decem liber est: temporis adiectio superuacua est. Et glossa ea libertas verb. non potest, ait valere concessionem libertatis adiecto tempore. Et d. l. ideo verb. superuacua est, ait illam temporis adiectionem superuacua esse, libertate suum effectum sortiente. Et huius ratio est, quia libertas femel data reuocari non potest. l. 1. & si sine dolo. 8. §. quod Papinianus. ff. de minoribus, vbi minor beneficium restitutionis impetrans hereditatis se repudiatur, aduersus seruum in ea substitutum, auferet quidem hereditatem: at manebit seruus liber in perpetuum: quantumvis libertatem non directè affecturus sit, sed accessorie, eo quod haeres substitutus. Cuius nulla alia est ratio, nisi quia libertas femel concessa reuocari nequit. Vnde oritur

vt attento iure comuni dies libertatis non cedat, nisi ab adita haereditate: id est, seruus cui libertas legatur, ea minime cõsequitur, donec haeres adeat haereditatē. l. vnica. §. libertatibus. C. de caducis tollendis. Quod aliter est in alijs legatis, vt habetur eadē. l. vnic. §. in nouissimo. Eiusq; ratio est, quod nemine adente haereditate corrumpitur intentio iure communi omniarelicta in testamento. l. nemo. 9. C. de testam. etia testata. Quia igitur libertas femel acquisita reuocari non potest, quod secus in alijs legatis euenit: ideo iure optimo statum est, vt sola libertas legata non acquiratur ante aditam haereditatem. Inde etiam fit, vt alienatio alicuius rerum facta in creditorum fraudem, quantumvis iure valeat, donec reuocetur. l. 1. ff. quae in fraudem credit. ibi: Reuocanda est. At libertas in creditorum fraudem concessa, sit nullius momenti, vt Insti. quibus ex causis, in principio, ibi: Nihil agit. Vbi additio marginalis ait ipso iure esse nullam: alias enim esset irruocabilis. Et idem docent Ioannes de Platea, & Aretinus, quos refert, & sequitur Tiraquel. l. si vnquam verb. reuertatur nu. 265. C. de reuoc. dona. Verba enim, nihil agit, inducunt ad eum ipso iure nullum esse. l. is qui haeres. 13. ff. de acquir. haereditatē. l. is potest. 18. ff. eodē tit. & l. obligari. 9. §. tutores. ff. de auctor. tutor. Ex dictis igitur sequitur contra Sotum, & alios allegatos, valere matrimonium liberi cum ancilla, cui pro certo tempore donata est libertas. Quia ancilla illa est iam omnino, & perpetuo libera, & constat ex praedictis.

Gravius autem dubium est, an valeat matrimonium liberi cum ancilla statu libera, nimirum, cui ex tempore aliquo, vt ab hinc biennio concessa est libertas, ignorante libero eam conditionem seruitutis? Angelus matrimonium, 3. impedimento. 4. nu. 6. & Syluester matrimonium. 8. q. 2. d. c. 3. indistinctè aiunt non valere matrimonium. Quod eo medio tempore sit verè ancilla, vt expressè habetur. l. statu liberum. ff. de statuliber. Ac proinde matrimonium sit inter liberum, & ancillam, ignorata seruitute. Verum quantumvis neminem inuenimur hoc temperantem, consulis tamen viris doctissimis, illis visum fuit mentem valde probabilis: nimirum, vt temperetur hoc, nisi modicum tempus deficiat vt statu libera plenam acquirat libertatem: tunc enim id matrimonium valebit. Certum enim rationes quas num. 2. retuli, quibus Ecclesia ducta irritatum

matrimonium inter liberum & ancillam: quando iam intra breue tempus est acquirenda libertas. Nullius enim momenti est præiudicium, quod obligari perfectè, & liberè nequeat ad reddendum debitum, & cohabitandū, quin occupari à domino possit: cum breui duraturum sit impedimentum: neque potest iam ea serua per venditionem separari: ita non erit contra bonū sacramenti, nec prolis: & si attendas dedecus quod est contrahere cum reuera ancilla: idem profectò sequitur ex matrimonio cum libera: parum enim refert paulò ante fuisse serua, & tunc esse liberam: aut tunc esse serua, & citò futuram liberam. Et tamen matrimonium cum libera valet (vt dicemus nu. 10.) ignorata conditione. Nec mirum est, si valeat matrimonium durante seruitute. Quia disput. sequenti nu. 14. dicemus cum communissima sententia, valere matrimonium, quando dominus collocat in matrimonium ancillam cū libero ignorantem seruitutem. Quòd statim ac inuitū fuerit matrimonium, consequatur per illud, ancilla illa libertatem. Cum tamen verè tempore consensus coniugalis fuerit ancilla. Quòd si querās, quantum temporis designandum sit, vt si eo transacto, seruitute iam finita, libertas comparanda sit, valeat matrimonium, cum illius seruitutis ignorantia inuitum? Existimarem dummodo breuius spatio sex mensium sit. Ducor, quoniam lib. 3. disput. 23. nu. 13. probaui esse modicum tempus, minus sex mensibus, vt incolatus, & parochia acquirantur. Et disput. 18. nu. 6. eodem. 3. lib. probaui quod modico tempore durat reputari pro nihilo: & nu. 9. id modicum tempus esse minus sex mensibus. Nec in hoc tempore potest sequi id prolis damnum, vt seruituti subijciatur, quòd ancilla ducta in vxorem nondum verè sit libera. Quia legitimus, & perfectus partus septimo mense nascitur. I. septimo mense 11. ff. de statu hominum. Et optimè probat Menochius lib. 2. de arbitrar. centuria. 1. ca. su. 89. nu. 35. illos septem menses esse lunares, atque ita continere sex menses, & dies quinque: & refert Aleciatum.

Vtrum autem iniens matrimonium ignoranter cum ancilla, & postea rem habes cum eadem met manumissa, ignarus manumissionis, cõsatur ratificare matrimonium? Dixi lib. 2. disput. 36. nu. 3. ratione. 7. non esse matrimonium, cõtra aliquos quos ibi. nu. 2. argumento 5. retuli. Et quid, si cognita seruitute saltem ex aditu, accedat af-

fectu vxorio? Dixi ibidem nu. 1. & 6. & quid post Tridentinum? dixi eodem lib. 2. disput. 37. nu. 5. Et an lite pendenti circa seruitutem coniugis, possit, aut teneatur alter coniux reddere debitum? dixi eodem lib. 2. tota disput. 43. Et quid, si error conditionis sit concomitans, quia, nimirum, contrahes seruitute cognita, adhuc contraheret, an sit irritum matrimonium? dixi lib. 1. tota disput. 65. Et an ita sit nullum matrimonium cum errore conditionis, vt in vtriusque facultate sit recedere, an potius solius liberi, atque ita illo volente teneatur ancilla consentire? dixi lib. 4. tota disput. 15.

Temperant aliqui conclusionem propositam, ne valeat matrimonium liberi cū ancilla, cum errore conditionis seruilis: nisi transierit decennium, ex quo illa ancilla est in libertatis possessione. Probat ex c. penultimo, de coniugio seru. vbi non auditur foemina allegans viri seruitutem, qui probauit decennio se tanquam liberum gessisse, nulla sibi circa statum controuersia mota. Eo enim decennio libertas præscribitur: immo quinquennio, vt ait glo. ibi verb. de decennio, per. l. 1. & l. si pater. c. ne de statu defunctorum. Ita Palud. 4. d. 36. q. 1. art. 2. nu. 15. At ipse meritò, quauis subobscure, ait hoc pertinere ad forum externū, vt præsumatur matrimonium: at in foro cõscientiæ non confurgere matrimonium, nisi post præscriptam libertatē nouis adfuerit consensus, cognita prioris matrimonij irritatione, vt quando ancilla illa esset iam manumissa: dixi lib. 2. disput. 36. n. 3. ratione. 7. & clariùs id docet Palacios. 4. d. 36. disput. vnic. col. 5. vers. porro quidquid, & versic. sequenti. Id tamen est verissimum, si ante matrimonium inuitum ancilla illa iam legitime præscripsisset libertatem, concurrentibus ad eam præscriptionem requisitis, matrimonium esse legitimum. Quòd esset liberi cum libera. Nec obstat prior seruitus ignorata, vt dicemus, nu. 10.

Dubitabis forsitan, an coniux seruitutis ignarus, possit propria autoritate recedere, quando seruitutem alterius cõiugis detegerit? Et breuiter dicendum est licere quoad torum. Quia hoc occultè, & absque scandalo fit. Ita Ricardus. 4. d. 36. art. 3. q. 2. Astenfis summa. 2. p. lib. 8. tit. 15. art. 1. q. 8. Angelus matrimonium. 3. impediment. 4. num. 14. Syl. matrimonium. 8. q. 2. dict. 10. Nauar. summa. c. 21. nu. 35. Sotus. 4. d. 35. q. vnic. art. 2. col. 4. vers. vtrum verò. Ludouicus Lopez. 2. p. instruct. de mat. c. 47.

vbi

vbi de impedimento cõditionis, eolum. 8. vers. porro solet hic. Bartholomæus à Ledesma dubio. 31. de mat. immediatè ante. 2. conclusionem. Secundo dico, si matrimonium sit occultū (vt si iam testibus, nec libro Parochi probari possit: obiere enim Parochus, & testes, ac liber amissus est:) potest etiam liber propria autoritate recedere quoad habitatiōem. Quòd sit certus matrimonium fuisse nullum: & cesset separationis scandalum. Ita Ricardus, Astenfis, Angel. Syl. Sotus, Nau. Ludouicus Lopez, Bartholomæus à Ledesma ibidem. A similia verb. matrimonium, nu. 7. fin. Enriquez lib. 11. de mat. c. 10. nu. 5. Quando autè matrimonium non est occultū, dicunt Sotus, Bartholomæus à Ledesma, Ludouicus Lopez desiderari iudicium Ecclesiæ, si coniux deseruit reclamauerit. At Ricardus, Ang. Syl. Armilla, Enriquez dicunt absolute non posse tunc propria autoritate recedere, quauis seruitus sit notoria. Idem ait Nauar. quauis non explicet, si seruitus sit notoria: at manifestè in eo casu loquitur. Id enim probat ex c. porro, de diuort. quod de casu notorio agit. Probat Enriquez, quia licet notoria sit seruitus: at ignota esse an liber habuerit conditionis seruilis ignorantiam, necessariò requisitā vt matrimonium sit irritum: quam liber probare tenetur. Sed in hac re multum immorandū nobis esset, ad executiendum quando existenti causa notoria liceat propria autoritate diuertere, ita vt non audiat coniux restitutionem petens: & circa concilianda cap. porro, & c. significasti, de diuort. que videtur secum è diametro pugnare. At de hac re latè agemus lib. 11. disput. 12. à nu. 10. Eadem enim est ratio de hac dimissione, & de diuortio propria autoritate facièdo ratione adulterij: de quo est illa disputatio. 12. instituenda, vt bene ait Sotus proxime citatus. Et ideo breuiter dico, cessante scandalo id licitum esse. Quod etiam fateatur Enriquez: & nos dicemus ea disput. 12. n. 32. & 33. etiam quando causa dimissionis, vt adulterium, vel seruitus sunt occultæ. At quando id non cessat, quia coniux liber non abit in partes longinquas, sed manet in loco vbi publicum est matrimonium: tunc vera est sententia allegata asserens nõ licere propria autoritate recedere, non quòd coniugi libero incumbat probatio ignorantie seruitutis (contrarium enim nu. sequenti dicemus) sed quia hoc est impedimentum dirimens omnino matrimonium:

& quando est tale impedimentum, non potest coniux propria autoritate recedere, quauis notorium sit, quin concedatur alteri restitutio: quauis secus sit vbi sit diuortium ratione adulterij notorij, vt probabimus. d. disp. 12. nu. 37. & sequenti.

Rursus rogabis, petenti coniuge libero dissolui matrimonium ratione seruitutis à se ignoratæ, cui incubat probatio illius ignorantie? Enriquez lib. 11. de mat. c. 10. nu. 5. ait alleganti ignorantiam seruitutis incumbere eam probare. Idque colligi videtur ex c. finali, de coniugio seruor. ibi: *Manamus quatenus si constitit, quòd miles ignorator contraxit cum ancilla.* Verum dicendum est coniugi seruilis conditionis incumbere onus probandi scientiam suæ conditionis in altero: & ignorantiam liberi præsumi, dum contrarium minimè probatur. Quòd in alieno factò nõ præsumatur scientia, sed ignorantia. Regula, præsumitur ignorantia, de regulis iuris, in. 6. & c. 1. verius ff. de probat. Atque ita docent Hofl. eo. cap. final. num. 3. super ver. constitit, & ibi Ioan. Andr. nu. 3. Anton. nu. 6. Abbas nu. 6. Cardinalis statim in principio, oppositio. 1. Alexander de Neuo. nu. 4. Præposit. nu. 4. Quod bene temperant Abbas, Alexander de Neuo, Præpositus ibidem, nisi tempore contracti matrimonij conditio coniugis seruilis esset cõmuniter in eo loco nota, quòd præsumatur scientia eorum que cõmuniter innotescunt. c. 1. de postul. prælar. c. quòd dictis. d. 16.

Secunda conclusio. Quando seruitus nõ est vera, sed ascriptitia, vel originaria, eius error non dirimit matrimonium. Hęc conclusio videtur contra glossam. 19. q. 2. in summa verb. secunda, vbi relata opinione Hugonis dicentis valere matrimonium liberæ cum ascriptitio, ait leges contradicere. Atque ita videtur sentire legibus contrarium decidentibus standum esse. Ius enim ciuile non permittebat matrimonium liberæ cum ascriptitio alieno, & auctent. ad hoc c. Authetico de nuptijs. 5. ascriptitio: vbi additur id non esse matrimonium. Sed hi textus procedunt etiam cognita ea seruitutis conditione. Sed non valere id matrimonium, vbi est error ascriptitiae, vel originariæ cõditionis, docet Palud. 4. d. 16. q. 1. art. 2. nu. 13. idque probat, quia licet seruitus ascriptitia, & originaria non sit tanta, ac ea que iure ciuili inducta est, non enim potest ei seruituti subiectus vendi: at est talis, vt sit cõ-

tra

Quod consulto dico, quia iure cōmuni ve-
rius est non per id effici liberam (vt dicam
disp. sequenti) at iure hispaniæ efficitur: &
ita in illa locum habebit hunc non esse ir-
regularem, & in illis regnis vbi libera fit. Et
dico similiter nō esse irregularem, qui in-
matrimonium cum ancilla, existimans eam
esse liberam. Quia non reputatur vilis, ig-
norantia excusante. Et præterea, quod ma-
trimonium sit inuolidum, ac careat effectu.
Et similiter quoties matrimonium illud cū
ancilla cognita, esset nullum. Quia non for-
titur suum effectum id matrimonium. Nec
est verbum aliquod in d. cap. si quis viduā,
ex quo colligatur considerari in eo factum
ipsum, & animum facientis, vt proinde co-
mari dicere, incurri eam irregularitatem
non secuto matrimonio valido iuxta regu-
lam quam tradidimus lib. 3. disp. 2. num. 2.
ad discernendum quando pœnæ actui im-
positæ incurrantur, licet actus sit nullus.
At non requiritur matrimonij consumma-
tio, vt ducens ancillam sit irregularis. Quia
id desiderari nullo iure probatur. Et quia
infamia illa ex ipso matrimonio contracto
pullulat. Hæcenus de libero scienter cum
ancilla contrahente diximus. Si vero loqua-
mur de eo qui cum seruili conditionis sit,
decipit liberum, & in matrimonium cum
eo conditionis ignaro, citra dubium pec-
cat leuialiter. Tum, quod reddat matrimo-
nium irritum. Tum etiam, quod in re gra-
uissima decipiens notabilem irroget iniu-
riam. Sic Angelus matrimonium. 3. impedi-
mento. 4. fin. Nau. summa hispana. c. 2. n.
33. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 10. nu. 3.
Petrus de Ledefma de matrim. q. 52. art. 2.
difficultate. 1. ante. 1. conclusionem.

15

Potissima verò difficultas est, in poste-
riori sensu, nimirum, esto seruitus cognita nul-
lo iure obstat matrimonio in eisdem: an er-
ror seruitutis ita obstat, vt iure naturali red-
dat irritū matrimonio inuito cum libero sic
erranti? Affirmant (& satis probabiliter) ali-
qui. Idq. solet probari rationibus, num. 12.
adductis. Sed illæ probant etiā seruitutem
cognitam impedire iure naturali. Et ideo il-
las disputans in priori sensu proposui ibi,
& solui nu. 13. Sed probatur primò. Quod
D. Tho. 4. d. 30. q. 1. art. 1. corpore, errorem
hunc cōparet errori personæ, dicens vtrūq.
aufere consensum. Et cōfirmatur ratione
qua id probat. D. Tho. Nā cū duo includat
matrimonij substantia, nempe, personas, &
mutuā corporū traditionē eius substantiæ
aduersantur error circa personas, & circa

conditionē seruili, quæ liberam corporis
traditionē aufert. Secūdo, quia si quis equū
vendat, cuius vsus ex alterius voluntate pe-
det, id tacendo, irrita est iure natura vendi-
tio. Cū eū intrinsecē tendat veditio, vt do-
minium cū libera vsus rei venditæ potesta-
te, trāseat in emptorē. At vsus corporis ser-
ui pendet magna ex parte ex domini volun-
tate. Ergo matrimonij per quod seruus li-
beræ tradit dominium sui corporis, tacito
impedimento illo liberi vsus, est iure natu-
ræ irritum. Tertio, quod conditionis error
valde aduersetur bonis matrimonij (vt nu.
2. probauimus) & si dicas eōdem argumē-
to probari, seruitutē à contrahente libero
notā impedire. Quippe similiter sciantur
bona matrimonij. Dico legē disparem esse
rationem, quando is error accidit. Talis e-
nim error aufert voluntarium consensum.
Cū enim iniens matrimonij, id principaliter
velit, & intendat propter primarios ma-
trimonij fines, qui magna ex parte defi-
ciūt: quando liber contrahit cū serua, condi-
tionis ignarus, sequitur vt nō habeat ve-
rum consensum in illud matrimonium.
Quod secus est, quādo conditionis est cōs-
cius, tunc enim credit iure suo, & adest plē-
nus consensus. Quarto, quod natura is de-
fectus ascriberetur, vt in valde necessarijs
deficiens esset, nisi matrimonium cum hoc
errore initum, esset nullum ipso natura iure.
Cum enim grauissima iniuria irrogaretur
coniugi decepto, nec reparari possit e-
xistenti valido matrimonio: natura defi-
ciens fuisset non consensu huic errori.
Tandem, quia Alexander. 3. cap. 2. de con-
iugio seru. rogatus an matrimonium serui
cum libera conditionis ignara sit validum:
respondet minimè valere, non constituens
nouam legem irritantem, sed supponens
esse inuolidum. At nullibi inuenitur rex-
tus illud irritans: supponit ergo ipso natu-
ræ iure irritum fuisse. Quod si respondeas
cum Petro de Ledefma de matrim. ques-
tion. 52. art. 1. dubio. 1. ad vltimum, irri-
tatum fuisse per Zachariam Pōtiffem qui
antiq̄ior fuit illo, vt constat ex capit. si
quis liber. 29. quaest. 2. Non satisfacit solu-
tio. Quod ibi Zacharias nil circa hoc deci-
dat, sed solum decernit valere matrimo-
nium inter liberum & ancillam cognita for-
uiti conditione: contra. l. cum ancillis. C.
de incestis nuptijs, quæ contrarium statu-
bat, imò potius tanquam certum relinquit,
ac supponit secus esse vbi adest cōditionis
error. Huius sententię videtur glōf. c. finali

verb.

verb. conditionis, de coniug. seru. & ibi
Hofst. nu. 1. Goffredus summa, eodem tit.
nu. 5. Magister. 4. d. 30. c. n. paulò post prin-
cipium, & ibi Scotus. q. 1. Mayronis ibi. q.
1. Celata ibi. q. 1. conclus. 1. Petrus de Soto
lect. 3. de matrim. 5. iam ex hoc quæ sequi-
tur, in fin. Couar. 2. decret. 2. p. c. 3. 5. 7. n. 1.
statim in principio. Antonius Cucus lib. 5.
institutionum maiorum tit. 12. num. 48. qui
omnes inde probant hoc matrimoniū esse
nullum: quòd is error omnem auferat cō-
sensum. Quare cū matrimonium absque
consensu sit iure naturæ irritum, sentiunt
apertè eo iure hoc matrimonium irritari.
Et tenet expressè Sylu. Matrimonium. 6.
q. 1. vers. error personæ, & conditionis: &
matrimonium. 8. q. 2. dicto. 1. Almayn. 4.
d. 3. 6. q. vnic. fin. Palacios. 4. d. 30. q. vnica,
col. 5. vers. rursus quia. Angles floribus. 1.
p. de matrim. q. 10. de errore conditionis,
ar. 1. dubio. 1. conclus. 1.

16 Cæterum probabilissimum est solo iure Ec-
clesiastico irritari: quantum id valde iuri na-
turali consonū sit: prout rationes nu. præ-
cedenti allatæ probat. Ducor primò, quon-
iam seruitus non impedit absolutè, & sim-
pliciter vsum matrimonij liberum, sed tã-
tūm certis temporibus, nimirum, quando
iustè, & rationi consentaneè occupat do-
minus seruum. At hoc non aduersatur sub-
stantiæ matrimonij: quæ contenta est abso-
luta potestatis corporis traditione, & obli-
gatione ad reddendum debitum, quando
legitimum impedimentum non obtulerit.
Et confirmatur, quia si id impedimentum
traditionis potestatis plene corporis, quod
in seruitute reperitur, obstat essentię ma-
trimonij: cū idem inueniatur in seruitute
cognita, hæc quoq. dirimeret iure naturæ
matrimonium. Quod est contra Ecclesiæ
decretum (vt probauimus num. 13.) Nec obstat
eius, si dicas consensum seruitutis, & ad-
huc volentem inire matrimonium, cedere
iure suo. Quia cū requisita ad matrimo-
nij valorem non possint ex contrahentium
voluntate immutari, sed semper stabilia sint,
non prodest in hoc, cedere iure suo. Sicut
quæ naturalis impotentia ad copulam, est
iuris naturalis impedimentum ad matrimo-
nium, non prodest eam cognitam fuisse ab
altero contrahente, vt matrimonium subsi-
stat. Rursus confirmatur, quòd lepra, vel
morbus diuturnus plus impediatur liberum
matrimonij vsum, quàm seruitus. Cum ta-
men illa non dirimat matrimonium. Tan-
dem, quia quantum intercedente eo errore,

inueniatur in matrimonio aliquid inuolun-
tarij, in quantum si quis conditionem ser-
uitutis præficeret, non contraheret: at con-
tractus est simpliciter voluntarius: cum sim-
pliciter in hanc personam consentiat. Erit
igitur versus contractus attentio solo naturę
iure. Simile quæritur inuoluntarium repe-
ritur, quando adest error qualitatis dans cau-
sam contractui: nec tamē vitiatur matrimo-
nium (vt probauimus supra præcedenti
nu. 18.) Etd eo huius sententię sunt, ex iu-
risperitis, glo. 29. q. 1. in summa verb. quod
autem. Et ibi Archid. nu. 3. super verb. non
admittit. Bellemera ibi. nu. 2. Alexander de
Neuo. c. 2. n. 9. de coniug. seru. vbi Præpos.
nu. 4. q. 1. in fine, & nu. 5. q. 3. Henricus ibi.
nu. 5. Ioannes de Friburgo summa confes-
sorum, lib. 4. tit. 4. q. 1. Monaldus summa,
vbi de matrim. tit. de impedimento condi-
tionis, sine. Angelus matrimonium. 3. impedi-
mento nu. 4. Tabiena verb. impedimen-
tum, impedimento. 1. q. 6. nu. 7. Vitalis de
Cambanis de clausulis, clausula, non errore
ductus. 5. ostenso de errore iudicij, viden-
dum est de errore qui in matrimonio com-
mittitur nu. 5. Affens summa. 2. p. lib. 8.
tit. 15. ar. 1. q. 1. ad finem. Gaeta repetitio-
ne. c. ad limina. 3. q. 1. 5. 4. nu. 3. 2. & 327.
Et ex Theologis. D. Tho. 4. d. 36. q. vnic.
ar. 1. ad 3. & ibi. D. Bonau. ar. 1. q. 2. Duran-
dus. q. 1. in solutione ad 2. Maioris. 4. d. 30.
q. 1. in probatione primæ conclusionis, &
ad finem totius quæstionis. Palud. 4. d. 30.
q. 1. ar. 2. nu. 6. & d. 36. q. 1. art. 1. nu. 8. Sup-
plementum Gabriels. 4. d. 30. q. 1. art. 2. cō-
clus. 3. & d. 36. q. 1. ar. 2. initio. Victoria sum-
ma, vbi de matrim. nu. 270. D. Anton. 3. p.
tit. 1. c. 3. fin. Sotus. 4. d. 35. q. vni. ar. 2. post.
1. conclus. vers. dubium autem est. Ledef-
ma. 2. p. 4. q. 53. ar. 1. paulò post principium:
& q. 54. ar. 1. paulò post principium. Vera-
crux. 2. p. speculij, ar. 29. paulò post prin-
cipium, conclus. 1. & 2. Oquandus. 4. d. 30. q.
vnic. propositione. 3. sine. Enriquez lib. 11.
de matrim. c. 10. nu. 3. Petrus de Ledefma
de matrim. q. 52. ar. 1. dubio. 1. conclus. 1. Lu-
douicus Lopez. 2. p. instruct. de matrim. c.
47. vbi de impedimento conditionis, col. 8.
vers. postremò autem. Bartholomæus à Le-
desma de matrim. dubio. 3. 1. col. 3. 5. & an-
notato. Vega. 2. tomo summe. cap. 34. casu
117. Viualdus candelabro, Sacramentorū
i. p. de matrimonio nu. 127.

Hinc deducitur, attenda hæc posteriori
sententiæ quam amplexi sumus, valere ma-
trimoniū inter infideles inuitum cū errore

con-

17

conditionis: nisi aliqua speciali eorum lege irritetur. Quod legis Ecclesiasticis id irritantibus minime astringantur. Sic Veracraz conclus. 2. Bartholomæus ad Ledesma, Enriquez. n. 3. cōmento, licera. N. Vega num. præcedenti allegati. At satis probabile est non valere: sicut est valde probabilis sententia dicens iure naturæ, cui subiiciuntur etiam infideles, id matrimonium esse irritum: vt num. 15. diximus.

18 Ad argumenta num. 15. proposita respondetur. Ad primum dic, similitudinem non esse in omnibus, sed in hoc, vt sicut error personæ tollit omnino consensum: ita error conditionis tollit circa conditionem illam feruitus: & licet hoc sit inuoluntarium tantum secundum quid: at ius Ecclesiasticum irritauit, vbi non admittitur voluntarie coniugium cum seruo, vel ancilla: quod minime contingit, quando conditionis feruili error adest. Ad confirmationem dic aduersari aliquo modo, quod omnino plenam, & perfectissimam corporis traditione non patitur: at patitur absolutam, & rationi status consonam. Quod ad veram matrimonij rationem satis est, at tene iure naturalij: vt num. 16. probaui. Ad secundum neganda est consequentia. Quia (vt disp. præcedenti, num. 18. probauimus) est lata differentia inter matrimonium, & cæteros cōtractus bonæ fidei, qui irritantur ex dolo circa qualitatem dante causam cōtractui: vt in hoc euentu accidit. Quod secus se habet in matrimonio. Ad tertium fateor aliquo modo aduersari bonis matrimonij, non tamen adeo vt substantiam destruat. Quod si ita aduersaretur, non sufficeret scientia feruitutis, nec celsio proprii iuris. Nec is error aufert voluntarium simpliciter, sed tantum secundum quid. Quæ omnia probaui num. 16. Ad quartum dic, non imputandum esse vitio, naturæ, si non irritat hoc matrimonium, nec prouiderit huic iniuriæ refarciendæ, quæ consistente matrimonio reparari nequit. Nec enim omnes iniuriæ debent reparari in eodem bonorum genere: (vt respondens simili argumento probanti matrimonium metu extortum esse iure naturæ nullo, ostendi lib. 4. disp. 14. num. 4. in solutione ad 5.) Et natura matrimonij in dissolubilibus exposcit, ne huiusmodi iniurijs satisfiat, matrimonio dissoluto. Postea autē Ecclesia experientia comperiens damna multa inde subsequi, irritauit. Ad vltimum dic, verum esse illos textus nō habere for-

mam statuti, nec constare vbi talis irritatio scripta sit: at constare ex vsu, & traditione Ecclesiæ: & forsan olim scriptam fuisse, ac perisse scripturam. Sicut d. disp. 14. n. 4. in solutione ad 1. probaui, respondens simili argumento probanti matrimonium metu extortum esse iure naturæ irritum. Quare non placet solutio Petri de Ledesma, quæ n. 15. ad hoc argumentum retuli. Ibi enim satis confutata est.

19 Quæstio secunda. An matrimonium liberi cum ancilla valeat, si ignorantia conditionis feruili sit crassissima, ac leuissima. Affirmant quidam, quod Ecclesia id irritauerit hoc matrimonium, vt refarciatur grauisima iniuria irrogata coniugi ignorantum. Quæ cessat, ac leuissima est, vbi ignorantia est adeo crassa. Secundò, quod metu lenis non irritet matrimonium: ac proinde idem videatur dicendum de ignorantia leui. Sicut enim iura nihili faciunt vani hominis timorem. 1. metu. 6. ff. de eo quod metu causa: ita & imprudentis fatuam ignorantiam. Tertio, quod ignorantia adeo crassa æquiparetur scientiæ, adeo vt in materia pœnali, & odiosa, quando ius purit delictum scienter admittit, hæc ignorantia tam crassa à pena minime extimat. (vt dicemus lib. 10. disp. 31. num. 39.) Et ideo hanc partem sustinet Sotus. 4. d. 35. q. vnica, art. 2. post. 2. conclus. vers. de his conclusionibus. Bartholomæus ad Ledesma dubio. 31. de matrim. concl. 1. in prima eius limitatione. Ludouicus Lopez. 2. p. instructorij, de matrimo. c. 47. vbi de impedimento conditionis, columna. 2. vers. circa prædictam doctrinā. Manuel. 1. tomo summa, 1. editione, cap. 213. num. 3. Vega. 2. tomo summa. c. 34. calu. 67. ad finem.

20 Quis tamē hæc sententia sit valde probabilis, oppositā credo pbabiliorē. Quod vt matrimonium liberi cum ancilla, vel liberæ cum seruo valeat, desideretur libera electio, & omnino voluntaria talis conditionis feruili, vt sic liberè cedat contrahens iure suo, quæ celsio est quædam condonatio iuris proprii. At hæc irritat error quæcunq; fatuo. Vt si velim dare Petro, & errore leuissimo ductus dem Ioanni, nō tenet donatio: quia deficit donandi voluntas. Et confirmatur, quia sicut iure naturæ exigitur consensus in personam, ad matrimonij valorem: & irritat quocunq; errore crassissimo personæ exilietū, vt pote qui consensum directum, & formalem in illam personam aufert. (vt probauimus

disp.

21 disput. præcedenti nu. 7.) Ita iure Ecclesiastico petitur voluntarius omnino, & consensus directus in circumstantiam illam conditionis feruili, vt sic conscius coniux dāni ex eo matrimonio sibi subequatur, cedat liberè iure suo, & sponte illud amet. Similiter igitur irritabitur ex quocunq; conditionis feruili quantuvis crasso, & temerario errore. Is enim verè tollit directū, & formalem consensum, ac animū iure proprio, cedēdi. Tandem quia licet ad culpā, & poenam illi, correspondentem, hæc ignorantia æquiparetur scientiæ: quia actus est in directū, & interpretatiuè volutus, propter obligationem aduertendi. Præceptum enim obligans ad aliquid, subinde astringit ad diligentem adhibendam aduertēdum, ne violetur. At cum nullum præceptum sit contrahēdi, cū persona liberæ conditionis, nō est quod culpa ascribatur contrahenti ea inadauertentia: ac subinde censetur in directū volita. Et confirmatur, quia canonici irritans matrimonium id ab illa scientia conditionis feruili inittit, non tam attendat modum irrogandi iniuriæ ex parte personæ feruili conditionis decipiētis tacendo conditionem: quam dolum re ipsa contingentem, & damna ex eo subsequuta, quæ liberum pati noluit, nisi sciens, ac prudens iure suo cesserit. Alijs valeret matrimonium, quādo nullus dolus, nullaque culpa adesset in seruo: vt pote qui vel exillimabat alterum eiusdem conditionis esse, aut si diuertit, consensum suū feruitutis. At quando est ignorantia hæc fatua, & crassissima, idem dolus re ipsa contingit, & eadem damna pullulant, nec ignorantis animus sicut iuri suo renūciat. Et pro hac sententia sunt Abbas, Alexander de Neuo, Prepositus, qui (vt nu. 8. in fine retuli) quando ignorantia est rei communiter nota, non dicunt valere matrimonium, sed potius supponunt non valere, & solum imponūt pro foro externo opus ignorantiam probandi, illam alleganti: quod tunc ea minime præsumat.

22 Ad argumenta nu. 19. proposita respondetur. Ad primum constat ex dictis, nu. præcedenti: vbi eandem iniuriā re ipsa irrogari, licet non ex parte modi, probaui. Ad secundum dic disparē esse rationem. Metus enim non aufert consensum, sed minuit libertatem, quare solus is metus spectatur, qui id nomen meretur: qualis solus est, qui in virum constantem cadit. At error quicunq; sit, tollit consensum circa re, in qua

erratur. Ad tertium constat ex differentia traditā nu. præcedenti. Quæstio vltima. An quicunq; error conditionis feruili irritet matrimonium, quāvis sit æqualis, aut dignioris conditionis: an potius quando est deterioris? Exempli causa, liber contrahit cum liberā, credens illam esse ancillam, erit circa conditionem, at dignior est conditio alterius ea, quam ipse contrahat: Si militer si seruus contrahat cum liberā, putans eam seruum, inuenit nobiliorē conditionem: & si contrahat cum serua, credens eam liberā, erit in conditione, sed inuenit æqualem suæ. Gloss. 29. q. 2. in summa verb. secunda, duas refert opiniones. Altera est, vt error in conditione, siue deteriori, siue digniori, semper dirimat matrimonium, vt si liber, vel seruus contrahat cū liberā, credens eam esse ancillam, erit nullum matrimonium. Altera est, vt si interueniat error in pari conditione, sit nullum matrimonium, vt si seruus velit contrahere cum ancilla, & contrahat cum liberā: vel si liber cū ancilla velit, & sit liberā. Quod in vtroq; casu sit dispar conditio. Secus si erretur in pari conditione, vt si seruus velit cum liberā, & sit ancilla. Quod æqua sit vtriusq; contrahentis conditio. Et hæc tenet glossa vbi. Ex præbat. Si enim quicquam contrahit cum aliquo quantuis digniori, putans se cum alio contrahere, nō est matrimonium, eandem sententiam sequunt glossæ, si quis ancillam, in fine, eadem causa, & q. & format. 2. argumētum pro ea. Quod d. 30. de incestibus nuptijs irritet matrimonium cum ancilla: ius autē canonice tantum excipiat, quando scienter ea ducitur in vxorem. Ergo remanet ius incedendum, quando ignoranter: ac proinde quādo seruus errore conditionis ducit ancillā, putans eam esse liberā, erit irritum matrimonium. Insuper sunt aliqua quæ suadent esse nullum, quando est error circa parem conditionem, vt si seruus existimet se ducere liberā, cum tamen sit ancilla. Sic ergo tertium argumentum. Ius Ecclesiasticum irritat matrimonium, in quo est verus conditionis feruili error, qualis inuenitur in hoc casu. Ergo sit nullū. Et confirmatur, quod consensus feruus non feratur in illam, vt ancillam, sed in liberā. Tandem, quia posset esse seruitutem arrogans, vt nulla ratione ducere vellet ancillam: quia imò prouideret faceret, ne filij essent serui, & vt liberius posset vsui matrimonij vacare: & si à domino vendetetur, posset ipsum vxorare.

qui.

qui. Et ita vidualus candelabro Sacramentorum. 1. p. vbi de matrim. nu. 12. dicit forsan se eius sententia futurum, vt matrimonium serui cum ancilla, quam liberam credebat, sit nullum, nisi singularitatis vitio notaretur: & idem non audere a contraria sententia, quae communis est, recedere.

23. Nihilominus acertissimum est tenendum, non omnem conditionis errorem efficere vt matrimonium sit nullum: sed quando talis est error, vt fiat deterior errantis conditione. Quare solum erit inualidum matrimonium, quando liber contrahens errat in feruili alterius conditione, quem libesit quomodo credebat. Si autem credebat alterum seruum, & sit liber, siue sit ipse seruus, siue liber, valebit matrimonium. Quod erret inueniens digniore conditione, quam ipse putabat. Similiter valebit, si seruus contrahat cum ancilla, credens eam liberam. Quod serui conditio non efficiatur deterior, sed aequali suae conditione reperiat, (quod autem in exemplo dicimus valere matrimonium, si seruus contrahat cum libera, existimans eam esse ancillam, intellige ex parte sui erroris, vbi femina libera non errat in conditione serui, sciens eum esse seruum, si enim crederet eum liberum, ex hac parte esset nullum matrimonium.) Ratio legitima huius sententiae est. Quod hoc impedimentum sit solo Ecclesiastico iure inductum (vt nu. 16. probauimus.) Ius autem Ecclesiasticum solum irritat matrimonium inter eos, quorum alter est liber, alter vero seruus, ac liber infcus est seruitutis, vt constat ex textibus, quos nu. 2. allegaui, in quibus hoc impedimentum statuitur. Deinde, quia ratio, quae induxit Ecclesiam ad hoc impedimentum statuendum, ea est, vt resarciat iniuriam irreparabilem illatam libero ignorant conditionem alterius serulem, & ob grauem contractus inaequalitatem, at vbi conditio alterius in qua erratur, est dignior opinione, aut par conditioni errantis, cessat ea iniuriae grauitas, & inaequalitas contractus: nil igitur valorem matrimonij obstat ibi error. Atque ita huius sententiae sunt, ex Iuris peritis, Goffred. sum. tit. de coniugio serui. nu. 6. & 7. Host. sum. eod. tit. nu. 9. & cap. final. nu. 1. eod. tit. Innoc. c. 2. nu. vnic. eod. tit. vbi Ioan. Andr. n. 3. & d. c. fin. nu. 2. Anton. ed. c. 1. nu. 4. & d. c. fin. n. 5. Abbas eo. c. 1. n. 5. & ibi Anchar. nu. 2. Cardin. nu. 2. q. 1. & 2. Alexander de Neuo. nu. 7. Propositus nu. 6. 7. 8. q. 4. 6. 7.

Henricus num. 3. Hugo. 29. q. 2. in summi. Albericus in suo dictionario, litter. I. verb. impedimentum. 5. sine Monaldus summa, vbi de matrimonio tit. de impedimento conditionis vers. item nota. Assentis summa. 2. par. lib. 8. tit. 15. art. 1. q. 1. Rainerius. 2. par. summa tit. de matrim. c. 16. Ioannes de Friburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 4. q. 1. Vitalis de Cambanis de clausulis, clausula, non errore ductus. 5. ostenso de errore iudicij, videndum est de errore qui in matrimonio committitur, nu. 5. Rosella verb. impedimentum, impedimento. 3. in principio: Angelus matrimonium. 3. impedim. 4. nu. 4. Sylu. matrim. 8. q. 2. dicto. 2. Supplementum summae Pisane verb. impedimentum, impedimento. 3. n. 2. vbi Tabien. impedim. 1. na. 7. Armilla, verb. matrim. nu. 3. Brunellus de spon. salibus, conclus. 3. nu. 3. casti. 1. & 2. Lex. 3. tit. 5. part. 4. & ibi Gregor. Lopez verb. como el mismo. Et ibi Moralus in fin. & l. 4. ad finem, eodem tit. Turrec. 29. q. 2. in summa nu. 4. Nauar. sum. c. 22. nu. 33. Alexander Carrerius lib. 4. de spon. salibus cap. 12. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum tit. 12. nu. 52. Gaeta repetitione c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. num. 33. 1. Matienço lib. 5. recop. cit. rubrica, glof. 1. nu. 156. Lancelotus instituta iuris canonici, lib. 2. tit. quae matrimonium impedire possunt, paulo post principium. Et ex Theologo, D. Bonau. 4. d. 30. ar. 1. q. 2. & ibi Durandus. q. 1. nu. 7. Scotus ibi. q. 1. Ricardus ar. 1. q. 1. Mayronis. q. 1. idem Scotus. 4. d. 36. q. 1. in fine corporis, vbi Palud. q. 1. art. 1. nu. 9. conclus. 3. Supplementum Gabriel. q. 1. ar. 2. corollario. 3. & 6. & d. 30. q. 1. ar. 2. post 3. conclusionem, vbi Maioris. q. 1. corollario. 4. D. Antonius. 3. par. tit. 11. c. 3. statim in principio. Soc. 4. d. 35. q. vnic. art. 2. post. 2. conclusionem. Petrus de Soto lect. 3. de matrim. §. in hoc quae sequuntur. Guillel. Vorrillong. 4. d. 36. q. vnic. ar. 2. paulo ante conclus. 3. Palacios. 4. d. 30. disp. vnic. col. 1. dubio. 2. & 3. vbi Ouandus q. vnic. propositione. 3. Toledo lib. 7. summa. c. 3. nu. 4. proposit. 2. Philar. de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 5. impedim. 2. Petrus a Ledesma de matrim. q. 52. ar. 1. dubio. 1. post solutionem ad vltim. l. Ludo. Lopez. 2. p. instrum. de matrim. cap. 47. vbi de impedimento conditionis, col. 2. vers. accedit ad hoc. Bartholomeus a Ledesma dub. 31. de matrim. in. 3. limitatione primae conclusionis, col. 2. Vidualus candelabro Sacramentorum. 1. p. vbi de matrim. n. 10. & 12. 2.

Et

Et valere matrimonium serui cum ancilla, quam liberam credebat. Tenet. D. Thom. 4. dist. 36. q. vnic. ar. 1. & ibi Nicolaus de Orbellis. q. vnic. ar. 1. §. 1. q. vnic. ar. 3. Nicolaus de Bona. 4. d. 30. q. vnic. tractatu. 6. par. 3. de matrim. q. 6. conclus. 7. Victoria summa, vbi de matrim. nu. 270. Ledesma. 2. p. 4. q. 53. ar. 1. §. 1. sed difficultas est vers. 3. est aduertendum. Veracruz. 1. part. speculiar. 29. dubio. 1. quod proponit post 2. conclus. Henriquez lib. 11. de matrim. c. 10. nu. 4. Et idem dicit Veracruz, quando liber duxit liberam, quam putabat seruam. Et Ledesma. q. 54. ar. 2. paulo post principium, dicit idem, quando ancilla nubit libero, credens eum esse seruum.

24. Ad argumenta. n. 12. proposita responde

tur. Ad primam dic esse verum, vbi esset error circa personam, si secus si ad personam existentem erraretur circa qualitatem, vt quia contrahens credebat esse pauperem, & est diuues: vel cum sit seruus credebat aliter esse liberum, & est seruus: vel seruus, & est liber. Ad secundam dic eius canonice committere quodcumque matrimonium cum ancilla, modo si eam ducens sit liber, non ignoret eius conditionem. Ad tertium dic non irritare, quoties est error conditionis seruili, sed quando redditur deterior conditio errantis, vt num. praecedenti explicui. Ad confirm. & ad 4. dic eum errorem tantum esse errorem qualitatis, manente eadem persona, ac proinde minime obesse valori matrimonij.

DISPUTATIO VIGESIMA.

Quando ancilla, vel seruus libertatem consequantur ex matrimonio permisso domininito, & an tunc id sit validum, ignaro altero conditionis.

SUMMARIUM.

AN serui liberi fiant, eos domino collocante in matrimonium, cum liberis ignorant seruitutis: & quid, si precipit alij vt collocet? nu. 1.
An desideretur ad id dolus in domino? nu. 2. & ibi an sit opus sententiae
Quid, si veterque seruus sit, vel alter liber conficius seruituti? & explicatur. l. 5. tit. 2. p. 4. num. 3.
Quid si dominus non collocet, sed sciens matrimonium ancilla cum libero conditionis ignaro, taceat? Refertur sententia, numero. 4.
Contraria auctoritas, nu. 5.
An exigatur tunc dolus in domino. Et ex studio facere, quid sit? nu. 6. & ibi, an desideretur sententia iudicis?
An haec procedant in seruo ascriptio, nu. 7. Solantur argumenta, nu. 8.
An ancilla libera fiat, domino conscientia dotali instrumentum nu. 9.
An domino ducenti ancillam, fiat libera: at tunc iure communi? Refertur quaedam sententia nu. 10.
Contraria auctoritas, nu. 11.
Quid iure regni Hispaniae: & an filij aut ea na-

ti libertate donentur? numer. 12.
An valeat matrimonium, quando alter ignorat seruitutem: at obtinetur libertas ex matrimonio ipso? Refertur sententia, numero. 13.
Contraria auctoritas, nu. 14.

Resens disputatio duo petit, alterum, quando seruus libertatem ex matrimonio permisso dominini inchoato assequatur: alterum, an tunc sit validum matrimonium? Circa prius, sit prima conclusio. Si dominus personam conditionis seruili collocet in matrimonium cum persona libera, ignorans seruitutis, nec est delegatus: eo ipso persona illa seruituti subiecta, siue masculus sit, siue femina, libertate consequitur. Habebit expressae aetheticae, ad hoc. C. de latina libertate, ibi. Qui suam ancillam credenti tradidit in matrimonium aequam liberam, siue concesserit dotali instrumentum, siue non, aut sciens eam duci rancit ex studio dominum eius amittit: & quod ad ingenuitatem rapitur. Idem dicitur de seruo. Quae desumpta est ex aethent. de nuptijs, collatione. 4. §. si verò decretum vers. hoc autem decernimus, vbi gl. verb. credes, explicat, quando liber cre-

K dit